



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Acta Ecclesiae Mediolanensis**

Acta Synodalia Dioecesana Ecclesiae Mediolanensis, Pars Secunda

**Borromeo, Carlo**

**Brixiae, 1603**

Cohortationes & monita ad aegrotum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11399**

homines, virtute, & vita spiritualis v*su*  
p*re*st*ates* deligeret, qui *xg*: otum adeant,  
recteque cohortentur; cum ad uim mor  
bi patienter in Domino ferendam; tum  
ad alia christiana*p*ietatis officia p*rae*  
stanta.

Ad ægrotas mulieres etiam accedet;  
sed sibi comit*m* adiungere curabit, vi  
rum vel ecclesiasticum, vel laicum san  
cta*charitatis* operibus deditum: & om  
nino*n*unquam erit in cubiculo solus: &  
cum necesse fuerit ob p*o*enitentia*s* sacra  
mentum ministrandum, patenti tamen  
ostio id p*rae*stabit.

Illi*s* maxime visitandis & consolandi  
dis assiduum charitatem nauabit, quire  
rum omnium indigentia, & morbi acer  
bitate miserabilem in modum afflitti,  
curationem difficillimam experuntur.  
quorum paupertatem commotus zelo  
pietatis ita subleuabit; vt & ipse, si per  
facultates potest, de suo aliiquid eroget;  
& aliorum eleemosynas conquirat; &  
eo nomine collectas certis diebus in ec  
clesia edicat ad p*raescriptum* Concilij  
Quarti Provincialis.

Parochum propinquū, & sacerdotem  
item, clericumque parochialis vicinæ  
sui, cum egrotare audierit, quamprimum  
inu*s*at, si p*raesertim* aliorum ope desti  
tutum videat; consoleturq*z* in primis re  
medijs animæ salutaribus, & adumen  
tis corporisval etudini opportunis.

De ægri statu, genereque morbi, ad  
uersave valetudine perquireret. eius item  
mores, vitam, actiones, negotiaque: vt  
sciat salubria dare consilia, opportuna  
que adhibere remedia, omni*que* sancta  
consolatione iuuare.

Cum ad illum veniet, super eum ora  
bit ratione p*raescripta*; neque semel tan  
tum, sed sepius, & quotiescumq*z* oppor  
tunè id facere poterit. poteritq*z* vt i*m*o  
d*o* vna, mod*o* alia ex formula precum,  
& sacrarum lectionum, quæ ad id p*rae*  
standum in Sacramentali traduntur.

Accedet parochiali vestitu de more  
sue superpellico inditus.

Cohortationes & monita ad ægrotum.

P*re*meditatus veniet, vt habeat ar  
gumenta ad persuadendum apposi

ta, ac p*raesertim* exempla Sanct*orum*;  
quæ recte apteque adhibita, valde com  
mouent: his autem cohortationum lo  
cis v*t*i poterit, etiam alijs qui adsint,  
paululum secedere iussis, ita vt non au  
diant, si ita opus essi quandoq*z* viderit.

Hortabitur, vt febrim ægritudinem  
in quam incidit, patienter ægrotus  
in Domino ferat: gratiasque ei agat de  
ægrotatione qua corpus affligitur. cum  
inde anima*v*tilitas salutaris existere  
possit, si verè, pieque charitatem Dei  
erga se agnoscent, confirmabit se ipsum  
in omni patientia: vnde fructum vber  
imum capiet.

Demolstrare poterit, à Deo, qui fons  
est omnium bonorum, factum esse, vt  
infirmus prosperam corporis valetudi  
nem amiserit; quoniam illius animæ sa  
lutariter consultum esse vult emenda  
tione vitæ anteactæ.

Siverò egrum disciplinæ spiritualis,  
sanctorumq*z* uirtutū studiosum esse anti  
maduer terit; morbi vim à Deo ilatam  
esse ostender, vt in spiritualis vitæ cur  
su quem suscepit, maiori progreSSIONE  
veretur, atque adeo perfectius insitatur.

Habebit etiam Parochus alios locos,  
quibus infirmum excitabit ad patientiā  
Christiano homine dignam, & ad fru  
ctum ex inualetudine capiendum.

Monebit etiam, vt ne Daemonis astu,  
neq*z* medicorum pollicitationibus, nec  
propinquorum, aut amicorum, dome  
sticorumve blandis cohortationibus se  
vlo modo decipi finat, quo minus in  
ea quæ sibi salutaria sunt, incubat.

Quare hoc infirmo studere studebit, vt  
quod itē Sanctus Ambrosius sacris scri  
pturis monet, salutare Dei in primis  
concupiscat, nempe Christum Domi  
num; sicque animæ eternam salutem  
primò expetens, querat deinde, quæ ad  
corporis valetudinem attinent.

Quæ quidē Parochus pro ratione mor  
bi, & ægroti conditione, maiori studio,  
efficacia, vel amplificatione etiam ageret.

Videbit, an aliiquid domi, p*raesertim*  
in cubiculo illius sit, quo d*o* cum discipli  
na christiana*m*oribus minus cibueniat.

Sacras imagines Christi domini era  
cifexi, B. Mariæ Virginis, & sancti p*rae*  
sertim apponi curabit, quem æger p*rae*  
cipiat.

tit. quæ ad  
pia loca per  
tin. § Primo  
quoque. pa  
gin. 197.

cipue veneratur, quemve patronam co-  
leitatem sibi delegit. Si verò neminem po-  
tissimum delegerit, vt deligat, eiusque  
sacram imaginem domi, in cubiculoq;  
præsertim habeat, Parochus studebit.

Vasculum aquæ benedictæ, quando  
collocatum non sit, collocari iubebit  
propè lectum vbi facet.

Monebit vt eleemosynas det quan-  
plurimas, pro facultatum scilicet ratio-  
ne, & modo.

Vt pro se orationem, supplicationemq;  
à religiosis hominibus fieri postulet,  
omniq; ratione curet.

Vt item domi suæ pro se, dum æger est,  
familia quotidie certa hora precetur.

Vt ipse cū per morbum potest, aliquid  
piè meditetur de vanitate mundi, de  
exemplis patientiæ, de fructu tribula-  
tionum, de cœlesti gloria.

Vt quotidie si per valetudinem potest,  
vel coronam beatæ Mariæ Virginis; vel  
si literas norit (quod Sanctus Augustinus  
fecisse traditur, dum æger fuit) se-  
ptem psalmos pœnitentiales piè reci-  
tet: aut omnino aliquid precum pro vi-  
ribus suis adhibeat.

Si Sacerdos, aut alicius sacri ordinis  
homo est, qui diuini Officij recitandi  
lege adstrictus sit; suadebit, nè recita-  
re facile omittat, nisi vi morbi tandem  
coactus, & de consilio confessarij, &  
medici.

Proponet etiam ægrotanti, prout il-  
lius conditio tulerit, aliquas breves ora-  
tiones, quas iacularias dicimus; præ-  
sertim è psalmorum libro sumptas, quæ  
facile in promptu fint.

Pollicebitur quoque, se pro eo in Mis-  
sa sacrificio, alioque tempore piè ora-  
turum, curaturumq; vt parochiales iti-  
dem pro eo faciant. Id verò ipse omni-  
no præstabit, collectam pro eo dicens,  
aut saltem orans; idque frequenter pro  
ægri necessitate.

Ideo denunciabit etiam populo sin-  
gulis diebus Dominicis orationem pro  
ægrotis parochiæ suæ.

Monebit, vt cum conualuerit, primò  
ad ecclesiam veniat, vbi super eum ora-  
tiones dicantur; quod in multis eccl-  
esijs pīj, frequentisque est instituti.

## De Confessione.

**H**oc in primis suadebit, vt de pe-  
ccatis confiteatur: idque maximò  
studebit, vt ad generalem de tota vita  
anteacta confessionem illum inducat:  
proindeq; eius utilitates, fructusq; salu-  
tares breui enarrabit, quos inde capit.

Si verò æger se difficilem prædebet,  
vt aut confiteri nolit, aut confessionem  
longius differre velit; eius rei causam  
Parochus studiosè perquiret: quæ vnde  
accidat, vbi animaduerterit, tunc illam  
appositis rationibus amouere studebit.  
sq; rectè, salutariterq; suadendo illum  
à proposito deducere non potest; nè ta-  
men ei confitendi tempus proroget ul-  
tra quam liceat, nisi re primum cum Ar-  
chiepiscopū eius Vicario communicata.

A medicis autem opportunè cōtendet,

vt sacrī decretis, pontificiæque consti-  
tutioni Pī Quinti obtemperantes, ad  
illum iniisdem curandumq; non ac-  
cedant post præscriptum tempus, nisi  
ex confessarij scripto cognoverint, eum  
de peccatis confessum esse.

Et quoniam causa, quamobrem ille

confiteri nolit, aut differat, multiplex

& varia esse potest; vtpotè, vel despera-

tio, quam ex peccatorum magnitudi-

ne, multitudineve concepit; vel affectus

alicuius peccati quod abijcere nolit; vel

accidia quædam, qua fiat, vt is labore

se dispondendi exhorrescat; vel alia gra-

uis cauia, quæ eum à confitendo deter-

reat: ideo bene notos habebit locos, ra-

tiones, & argumenta suadendi, vel dis-

suadendi, prout causa tulerit, qua æger

impeditur, aut deterretur.

Quamobrem aliquod studium in ijs  
libris legendis ponet Parochus, quo-  
rum doctrinis methodus traditur, ad  
eos qui moriuntur iuuandos.

Cum ægrum autē vel eius sponte, vel  
horratu admonitioneque sua Parochus  
ad confessionem accensum viderit; tunc  
ad confitendum condicet diem & horam  
ei commodam, nisi tamen periculum sit  
in mora: nam si morbi vis nullam dilata-  
tionem patietur, cum eo aget, vt confes-  
sionem confiteatur. Si item eo ipso tem-  
pore præparatus videbitur, eius confessio-  
nem audiet: in qua si illū, vel morbo, uel  
imperitia, vel timore, in enumerandis,

R 3 discer-